

[Hacia 1101]¹

25

El abad Jimeno de Siresa y el señor Sancho Fortuñones llegan a un acuerdo sobre los bienes entregados por doña Blasquita de Biniés.

BN, ms. 746, fol. 113, nº. 1, copia del siglo XVII.

Memoria de illa contentione qui fuit inter abatem domno Exemino et illos canonicos de Siresa et senior Sancio Iohannes Barbaça de novalia super illa hereditate de domna Blasquita de Benies.

Iam dicta domna Blasquita venerat ad Siresiam in vita de comitissa domna Sancia, sorore regis domni Sancii, et tradiderat se et omnia que erat in terris et in vineis et mezquinos et affiliavit Deo et Sancto Petro et clericos et canonicos ibi Deo servientibus.

Cum autem mortua fuit comitissa, illa domna Blasquita reversa est ad palacium suum et ad suos mezquinos et ad totam suam hereditatem, et tradidit se ad senior Sancio Fortuñones.

Iterum petivit? eam quia homine terreno dimiserat Deum et Sanctum Petrum, et reversa est ad Siresiam et ad servicium de Deo et Sancto Petro. Et susceperunt eam et promisit quod amplius non derelinquere servicium Deo et Sancto Petro. Et venit senior Sancio Fortuñones et dixit quod solverat pro illa plusquam mille solidos; illa econtra negabat, unde facta est magna contentio inter abate domno Eximino et senior Sancio Fortuñones.

Et senior Sancio Fortuñones per manum de illo abate domno Eximino in illa valle de Eito erat senior, et acceperat quarenta carneros de decimas? plusquam non debebat. Et finem faciendo ille abas et omnes alii canonici perdonaverunt illi illos quarenta carneros, et insuper dederunt ei veinte carneros et uno bobe de quatuor annos.

Et ipse dedit fermes Blasco Blasse de Garbos? et Fortunno Necons de Eito quod nec ipse nec filii sui amplius non querant de isto pleito.

¹ El abad Jimeno sólo se documenta en el texto anterior.

1107

26

“Donación de Regimundo, abad de San Salvador de Leire, de bienes en el lugar de la villa de Arrés”¹.

BN, ms. 746, fol. 120, nº. 13, copia del siglo XVII.

Era Ma. Ca. XXXXa. Va., regnante Adefonso rege in Pampilona et in Aragone et in Hosca, episcopus A. in Pampilona, Estefano episcopus in Xaca et in Hosca, senior Fortunio Lopez.

¹ En 1094 García Jiménez de Arrés daba a Leire unas casas y hacienda en Arrés a cambio de recibir del monasterio vestido y comida (Cfr. AGN, *Becerro Antigo de Leire*, p. 81; *Becerro Menor*, p. 254-255). Pero entre tales fondos no se conserva copia del documento que aquí interesa.

[1110-1113]¹

27

Blasquita de Biniés dona a San Pedro de Siresa sus bienes en Biniés, Veralavilla y Berdún.

ACH, armario 2, núm. 211, letra carolina, escrito a continuación del documento que publico con el núm. 28.

ACH, *Libro de la Cadena*, núm. 801, pág. 418 (C).

BN, ms. 746, folio 121, núm. 17, tomado de un traslado de 1356 (D).

Ed. DURÁN GUDIOL, *Colección diplomática*, núm. 118 (b-c), con fecha 1114-1115.

Sub Christi nomine et eius gratia. Hec est carta quam facio ego dompna Blasquita de Binies pro remedio anime mee et parentum meorum Deo et beato Petro de Siresa. Placuit mihi bono animo et spontanea voluntate et do Deo et beato Petro de Siresa totum quicquid habeo in Binies, totum quicquid habeo in Brallabilla² totum quicquid habeo vel habere debeo in Berdum, terras scilicet et vineas et casaes